



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 45. Diversæ Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. Hostia consecrata furto ablatam fuisse
A. C. 1676. inaudierat, ejusmodi fures, & eos
 qui sacras Hostias retinent, Curiaæ sæ-
 culari tradi, hujus vero causæ cogni-
 tionem sacræ Inquisitioni die duodeci-
 ma Martii attribui jussit. Inhibuit e-
 tiam Jesuitis, ne Novitios susciperent
 quocirca hi illum tanquam Jansenistam
 traduxere, & ut fertur, publicas pre-
 ces pro ejus conversione indixerunt.
 Sub idem tempus Fratres Minores duas
 Pontifici proposuere quæstiones. I. U-
 rum Parochus, per cujus Parochiam
 funus processionaliter desertur ad Ec-
 clesiam regularium, pro transitu possit
 quicquam exigere? II. An Parochus
 defuncti possit libere & licite per alte-
 rius Parochiam processionaliter transire
 cum cadavere ad Ecclesiam cum stola
 & Cruce elevata? Ad primam quæ-
 stionem Pontifex respondit negando
 ad secundam affirmando.

§. XLV.

*Diversæ sacrarum Congregationum
 decisiones.*

*Decis. sanctæ
 Congr. Imm.
 Rit. &c.* Ex decisionibus sacrarum Congrega-
 tionum paucas referimus, & pri-
 mo quidem in sacra Immunitatis Con-
 gregatione Patres die nona Maij deci-
 derunt, quod Vicarius Capitularis ab-
 solvens

Sæc. XVII.
A. C. 1676.
solvens censuratum, talem a se declaratum ob violatam Immunitatem Ecclesiasticam, reintegret Censuras, & consulat conscientiam suam: die autem vigesima tertia Junii sacra Indulgentiarum Congregatio approbante Innocentio XI. declaravit, quod clausula: *volumus, ut si qualibet alia die visitantibus alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapsum duratura fuerit concessa, præsentis literæ nullæ sint*, non comprehendat Altaria Privilegiata pro defunctis. Denique Theodorus ab Asculo reformatorum Fratrum Minorum Procurator Generalis supplicavit, quatenus sacra Rituum Congregatio eis concedat, ut officium omnium Sanctorum Ordinis sui die particulari recitare valeant: Huic petito die decima quarta Novembris Patres annuerunt.

§. XLVI.

Quorundam Principum, atque Illustrum obitus.

Hoc item anno Augustissimam Cæsaris domum denuo ingens afflixit calamitas; vix enim Leopoldus ex Claudia Felicitatis lectissimæ uxoris suæ suavissimo consortio tædiorum suorum levamen percipere cæperat, cum in flore juventutis suæ, alioquin vivaci

*Wagner vit.
Leopold. l. 6.*